

S. TOMMASO D'AQUINO

**CATENA AUREA**  
**Glossa continua super Evangelia**

**Volume 6**  
**VANGELO SECONDO GIOVANNI**  
capitoli 1-8



S. Tommaso d'Aquino

**Catena aurea**

**6. Vangelo secondo Giovanni** (capitoli 1-8)

S. TOMMASO D'AQUINO

# CATENA AUREA

**Glossa continua super Evangelia**

**Volume 6**

**VANGELO SECONDO GIOVANNI**

capitoli 1-8

Traduzione di ROBERTO COGGI



EDIZIONI STUDIO DOMENICANO

## AVVERTENZA

Il testo latino riportato e tradotto è quello pubblicato dalla casa editrice Marietti (Torino-Roma 1953) a cura di Angelo Guarienti op, con qualche lieve correzione sulla base dell'edizione di Jean Nicolai op, pubblicata a Parigi nel 1657.

Per quanto riguarda le citazioni dei Padri bisogna tener presente che Tommaso cita i passi delle opere dei Padri talvolta letteralmente e talvolta "ad sensum", secondo il costume dei suoi tempi e come egli stesso ricorda nella Prefazione. In alcuni casi Tommaso, non conoscendo l'autore o l'opera, usa il termine *Graecus* o *Glossa*.

Nella nostra traduzione abbiamo conservato la suddivisione dei singoli capitoli del testo evangelico operata dal padre Guarienti, raggruppando i versetti secondo la materia trattata. La divisione viene proposta anzitutto nella trascrizione completa del testo evangelico all'inizio del capitolo e viene poi ripresa di volta in volta nel commento delle singole frazioni del testo.

Tutti i diritti sono riservati

© 2016 - Edizioni Studio Domenicano - [www.edizionistudiodomenicano.it](http://www.edizionistudiodomenicano.it) - Via dell'Osservanza 72, 40136 Bologna, 051 582034.

I diritti di traduzione, di memorizzazione elettronica, di riproduzione e di adattamento totale o parziale con qualsiasi mezzo, compresi i microfilm, le fotocopie e le scannerizzazioni, sono riservati per tutti i Paesi.

Le fotocopie per uso personale del lettore possono essere effettuate nei limiti del 15% del volume dietro pagamento alla SIAE del compenso previsto dall'art. 68, commi 4 e 5, della legge 22/04/1941, n. 633.

Le riproduzioni diverse da quelle sopra indicate, cioè le riproduzioni per uso non personale (a titolo esemplificativo: per uso commerciale, economico o professionale) e le riproduzioni che superano il limite del 15% del volume possono avvenire solo a seguito di specifica autorizzazione scritta rilasciata dall'Editore oppure da AIDRO, Corso di Porta Romana 108, 20122 Milano, [segreteria@aidro.org](mailto:segreteria@aidro.org)

L'elaborazione dei testi, anche se curata con scrupolosa attenzione, non può comportare specifiche responsabilità per eventuali involontari errori o inesattezze.

**CATENA AUREA**

**Glossa continua**

**super**

**Evangelium secundum Ioannes**

**CATENA AUREA**

**Glossa continua**

**sul**

**Vangelo secondo Giovanni**

## PRAEFATIO

«Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum; et plena erat domus a maiestate eius; et ea quae sub ipso erant, replebant templum» (Is. 6, 1).

«GLOSSA: Divinae visionis sublimitate illustratus Isaias Propheeta dixit: «Vidi Dominum sedentem etc...». HIERONYMUS, Super Isaiam: *Quis sit iste Dominus qui videtur, in Evangelista Ioanne plenius discimus, qui ait (12,41): «Haec dixit Isaias, quando vidit gloriam Dei, et locutus est de eo»: haud dubium quin Christum significet. GLOSSA: Unde ex verbis istis materia huius Evangelii, quod secundum Ioannem describitur, designatur. Ex Eccles. Hist. [3,24]: Quia enim nativitatem Salvatoris secundum carnem vel Matthaeus, vel Lucas descripserant, reticuit hic Ioannes, et a theologia atque ab ipsa eius divinitate sumit exordium; quae pars sine dubio ipsi velut eximio per Spiritum sanctum reservata est. ALCUINUS: Unde cum omnibus divinae Scripturae paginis Evangelium excellat, quia quod lex et Prophetiae futurum praedixerunt, hoc completum dicit Evangelium; inter ipsos autem Evangeliorum scriptores Ioannes eminent in divinorum mysteriorum profunditate: qui a tempore dominicae ascensionis per annos sexaginta quinque Verbum Dei absque admniculo scribendi usque ad ultima Domitiani tempora praedicavit; sed post occisionem Domitiani, cum, Nerva permittente, de exilio rediisset Ephesum, compulsus ab Episcopis Asiae, de coaeterna Patri divinitate Christi scripsit adversus haereticos, qui Christum ante Mariam fuisse negabant. Unde merito in figura quattuor animalium aquilae volanti comparatur, quae volat altius cunctis avibus, et solis radios irreverberatis aspicit luminibus. AUGUSTINUS, In Ioannem [tract. 1]: Transcendit enim Ioannes omnia cacumina terrarum, transcendit omnes campos aeris, transcendit omnes altitudines siderum, transcendit omnes choros et legiones Angelorum: nisi enim transcenderet ista omnia quae creata sunt, non perveniret ad eum per quem facta sunt omnia. AUGUSTINUS, De cons. Evang. [1,5]: Ex quo intelligi datur, si diligenter advertas, tres Evangelistas temporalia facta Domini et dicta quae ad informandos mores vitae praesentis maxime valerent, prosecutos, circa activam virtutem fuisse versatos; Ioannem vero facta Domini multo pauciora narrantem, dicta vero eius, praesertim quae Trinitatis unitatem et vitae aeternae felicitatem*

## PREFAZIONE

«Vidi il Signore che sedeva su un trono eccelso ed elevato, e la casa era piena della sua maestà; e ciò che stava sotto di lui riempiva il tempio» (Is 6, 1).

GLOSSA: Illuminato dalla visione della sublimità divina il Profeta Isaia disse: *Vidi il Signore che sedeva*, ecc. GIROLAMO: Chi sia questo Signore che appare lo apprendiamo più pienamente nell'Evangelista Giovanni, che dice (12,41): *Queste cose disse Isaia quando vide la gloria di Dio, e parlò di lui*; non c'è dubbio che indichi Cristo. GLOSSA: Così da queste parole viene designata la materia di questo Vangelo, che viene detto secondo Giovanni. Poiché infatti la nascita del Salvatore secondo la carne era stata descritta da san Matteo o san Luca, san Giovanni non ne parla, ed esordisce dalla teologia e dalla sua stessa divinità; e senza dubbio questa parte fu riservata a lui dallo Spirito Santo, in quanto esimio fra tutti. ALCUINO: Quindi, essendo il Vangelo la più eccellente fra tutte le parti della divina Scrittura, poiché ciò che la Legge e i Profeti predissero come futuro il Vangelo lo proclama compiuto, e d'altra parte fra gli stessi autori dei Vangeli Giovanni è il più eminente nella profondità dei divini misteri, lui che dal tempo dell'ascensione del Signore fino agli ultimi tempi di Domiziano predicò la parola di Dio per sessantacinque anni senza l'aiuto di alcuno scritto, ma dopo l'uccisione di Domiziano, essendo tornato a Efeso dall'esilio, Nerva permettendo, spinto dai vescovi dell'Asia, scrisse della divinità di Cristo coeterna al Padre contro gli eretici che negavano che Cristo fosse esistito prima di Maria. Per cui giustamente nella figura dei quattro animali viene comparato all'aquila volante, che vola più in alto di tutti gli uccelli, e fissa il sole senza che i suoi occhi vengano abbagliati. AGOSTINO: Infatti Giovanni trascende tutte le vette terrene, tutte le sfere dell'aria, tutte le altezze delle stelle, tutti i cori e le legioni degli Angeli. Se infatti non trascendesse tutte queste realtà create, non giungerebbe a Colui dal quale sono state fatte tutte le cose. AGOSTINO: Da ciò viene dato a intendere, se presti bene attenzione, che tre Evangelisti, avendo trattato dei fatti e dei detti temporali del Signore, che valgono soprattutto a regolare i costumi della vita presente, si dedicarono a esaminare la virtù attiva; Giovanni invece, narrando molti meno fatti del Signore e scrivendo al contrario più diligentemente e doviziosamente riguardo ai suoi detti, soprattutto quelli che insinuavano l'unità della Trinità e la felicità della vita eterna, tenne la sua atten-

*tem insinuarent, diligentius et uberius conscribentem, in virtute contemplativa commendanda suam intentionem praedicationemque tenuisse. (Cap. 6). Unde animalia tria, per quae tres alii Evangelistae designantur, sive leo, sive homo, sive vitulus, in terra gradiuntur: quia tres Evangelistae in his maxime occupati sunt quae Christus in carne operatus est, et quae praecepta mortalis vitae exercendae carnem portantibus tradidit; at vero Ioannes supra nubila infirmitatis humanae velut aquila volat, et lucem incommutabilis veritatis acutissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur: ipsam enim maxime divinitatem Domini, qua Patri est aequalis, intendit, eamque praecipue suo Evangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curavit. GLOSSA: Potest igitur Evangelista Ioannes cum Isaia Propheta dicere «Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum», in quantum acumine visus sui Christum in divinitatis maiestate regnantem inspexit; quae quidem etiam sua natura excelsa est, et super omnia alia elevata. Dicat etiam Evangelista Ioannes «Et plena erat domus a maiestate eius»: quia per ipsum narrat omnia esse facta, et suo lumine omnes homines in hunc mundum venientes illustrari. Dicat etiam quod «ea quae sub ipso erant, replebant templum»; quia dicit (1,14): «Verbum caro factum est; et vidimus gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis», secundum quod (1,16) «de plenitudine eius nos omnes accepimus». Sic igitur praemissa verba materiam huius Evangelii continent, in quo ipse Ioannes Dominum super solium excelsum sedentem insinuat, divinitatem Christi ostendens; et terram ab eius maiestate impleri ostendit, dum omnia per eius virtutem in esse producta ostendit, et propriis perfectionibus repleta; et inferiora eius, idest humanitatis mysteria, templum, idest Ecclesiam, replere docet, dum in sacramentis humanitatis Christi et gratiam et gloriam fidelibus re-promittit. CHRYSOSTOMUS, In Ioannem [hom. 1]: Quando igitur barbarus hic et indisciplinatus talia loquitur quae nullus eorum qui in terra sunt hominum novit unquam, si hic solus esset, miraculum magnum esset. Nunc autem cum his et aliud isto maius tribuit argumentum, quod a Deo inspirata sunt ei quae dicuntur hic, scilicet quod omnes audiunt, et suadet omnibus per omne tempus. Quis ergo non admirabitur habitantem in eo virtutem? ORIGENES [hom. 2 in div. loc.]: Ioannes interpretatur gratia Dei, sive in quo est gratia, vel cui donatum est. Cui autem Theologorum donatum est ita abscondita summi boni penetrare mysteria, et sic humanis mentibus intimare?*

zione e predicazione rivolta alla raccomandazione della virtù contemplativa. Così i tre animali dai quali sono designati i rimanenti tre Evangelisti, cioè il leone o l'uomo o il vitello, camminano sulla terra: poiché i tre Evangelisti si occuparono soprattutto di ciò che Cristo operò nella carne, e dei precetti per l'esercizio della vita mortale che egli diede a coloro che vivevano nella carne; Giovanni invece come un'aquila vola sopra le nubi della debolezza umana, e scruta con gli acutissimi e fermissimi occhi del cuore la luce dell'immutabile verità: egli infatti intese prima di tutto la divinità stessa del Signore, per cui è uguale al Padre, e nel suo Vangelo si preoccupò di raccomandarla in modo particolare, nella misura che ritenne sufficiente per gli uomini. GLOSSA: L'Evangelista Giovanni può dunque dire con il Profeta Isaia: *Vidi il Signore che sedeva su un trono eccelso ed elevato*, in quanto con l'acutezza della sua vista vide Cristo che regnava nella maestà della divinità, la quale senza dubbio è eccelsa anche per la sua natura, ed elevata sopra tutte le altre cose. Dice inoltre l'Evangelista Giovanni: *e la casa era piena della sua maestà*, poiché riferisce come da lui siano state fatte tutte le cose, ed egli con la sua luce illumini tutti gli uomini che vengono in questo mondo. Dice poi che *ciò che stava sotto di lui riempiva il tempio*, poiché dice (1,14) che «il Verbo si è fatto carne, e noi abbiamo visto la sua gloria, quale dell'Unigenito dal Padre, pieno di grazia e di verità», secondo che (1,16) «dalla sua pienezza noi tutti abbiamo ricevuto». Così dunque le parole premesse contengono la materia di questo Vangelo, nel quale lo stesso Giovanni insinua che il Signore sedeva su un trono eccelso, mostrando la divinità di Cristo; e mostra che la terra è riempita della sua maestà, mentre tutte le cose sono state prodotte dalla sua potenza e riempite delle proprie perfezioni; e insegna che le sue parti inferiori, cioè i misteri dell'umanità, riempiono il tempio, cioè la Chiesa, mentre ripromette ai fedeli mediante i sacramenti dell'umanità di Cristo sia la grazia che la gloria. CRISOSTOMO: Quando dunque questo barbaro e senza istruzione dice cose tali che nessuno degli uomini che sono sulla terra ha mai conosciuto, se fosse solo costituirebbe un grande miracolo. Ma ora con queste cose egli fornisce anche un altro argomento più grande di questo: che quelle cose che qui vengono dette gli furono ispirate da Dio, poiché tutti le ascoltano ed egli persuade tutti in ogni tempo. Chi dunque non ammirerà la virtù che abita in lui? ORIGENE: Giovanni si interpreta: grazia di Dio, cioè sia colui nel quale c'è la grazia, sia colui al quale è stato concesso. Ora, a quale dei Teologi è stato concesso di penetrare in tal modo nei misteri nascosti del sommo Bene, e così farli intendere alle menti umane?

## CAPUT 1

### VERSUS 1a

<sup>1a</sup>In principio erat Verbum

CHRYSOSTOMUS, *In Ioannem* [hom. 3]: *Omnibus aliis Evangelistis ab incarnatione incipientibus, Ioannes transcurrens conceptionem, nativitatem, educationem, augmentationem, mox de aeterna nobis generatione narrat, dicens «In principio erat Verbum».* AUGUSTINUS, *Lib. 83 quaest. [qu. 63]: Quod graece logos dicitur, latine et rationem et verbum significat; sed hoc melius Verbum interpretatur, ut significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa etiam quae per Verbum facta sunt operativa potentia. Ratio autem, etsi nihil per eam fiat, recte ratio dicitur.* AUGUSTINUS, *In Ioannem* [tract. 1]: *Quotidie autem dicendo verba viluerunt nobis, quia sonando et transeundo viluerunt. Est verbum et in ipso homine quod manet intus: nam sonus procedit ex ore. Est verbum quod vere specialiter dicitur illud quod intelligis de sono, non ipse sonus.* AUGUSTINUS, *De Trin. [15,10]: Quisquis autem potest intelligere verbum non solum antequam sonet, verum etiam antequam sonorum eius imagines cogitatione volvantur; iam potest videre per hoc speculum atque in hoc aenigmate aliquam Verbi similitudinem, de quo dictum est «In principio erat Verbum».* *Necesse est enim cum id quod scimus loquimur, ut ex ipsa scientia quam memoria tenemus, nascatur verbum, quod eiusmodi sit omnino cuiusmodi est illa scientia de qua nascitur. Formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus, verbum est, quod in corde dicimus; quod nec Graecum est, nec Latinum, nec linguae alicuius. Sed cum id opus est in eorum quibus loquimur proferre notitiam, aliquod signum quo significetur assumitur. (Ibid. cap. 11). Proinde verbum quod foris sonat, signum est verbi quod intus latet, cui magis verbi competit nomen: nam illud quod profertur carnis ore, vox verbi est, verbumque et ipsum dicitur propter illud a quo ut foris appareat sumptum est.* BASILIUS [hom. super haec verba]: *Hoc autem Verbum non est humanum verbum. Quomodo enim erat in principio humanum verbum, ultimo loco accipiente homine generationis principium? Non igitur in principio verbum erat huma-*

## CAPITOLO 1

### VERSETTO 1a

<sup>1a</sup>In principio era il Verbo

CRISOSTOMO: Mentre tutti gli altri Evangelisti iniziano dall'incarnazione, Giovanni, oltrepassando la concezione, la nascita, l'educazione e la crescita, narra subito la sua generazione eterna, dicendo: *In principio era il Verbo.* AGOSTINO: Ciò che in greco viene detto "logos", in latino significa sia ragione sia verbo; ma in questo testo si interpreta meglio Verbo perché così si significa il suo rapporto non solo con il Padre, ma anche con quelle cose che per mezzo del Verbo sono state fatte dalla sua potenza operativa; mentre Ragione, anche quando da essa nulla è fatto, è detta giustamente ragione. AGOSTINO: Ora, con il continuo ripetersi le parole si sviscerano, poiché risuonando e trascorrendo perdono il loro valore. Nell'uomo stesso c'è una parola che rimane dentro; infatti il suono procede dalla bocca. C'è una parola che si dice in modo veramente speciale ed è ciò che intendi attraverso il suono, ma non è il suono stesso. AGOSTINO: Ora, chiunque può concepire la parola non solo prima che risuoni, ma ancor prima che si formi l'idea del suo suono: qui si può vedere come attraverso uno specchio e in modo enigmatico una specie di immagine del Verbo di cui è detto: *In principio era il Verbo.* Infatti, poiché noi diciamo quello che conosciamo, è necessario che da quella scienza che noi conserviamo nella memoria nasca la parola che corrisponde perfettamente a quella scienza da cui sorge. Quindi il pensiero formato da quella cosa che conosciamo è la parola che noi diciamo nel nostro cuore, che non è né greca né latina né di nessun'altra lingua. Ma è necessario che, quando noi comunichiamo la notizia agli altri, assumiamo qualche segno con cui la esprimiamo. Perciò la parola che risuona all'esterno è il segno della parola che è nascosta all'interno, a cui spetta più propriamente il nome di parola. Infatti ciò che viene espresso dalla bocca della nostra carne è la voce della parola, poiché viene detto parola con riferimento a ciò da cui viene preso quando viene espresso esteriormente. BASILIO: Questa Parola non è una parola umana. Infatti in che modo la parola umana poteva essere all'inizio, quando l'uomo ricevette l'essere per ultimo? Perciò all'inizio non ci fu la parola umana e neppure quella degli Angeli: infatti tutte le creature esistono



*num, sed nec Angelorum: omnis enim creatura infra saeculorum terminos est, a Creatore essendi sumens principium. Sed audi Evangelium decenter: ipsum enim, Unigenitum Verbum dixit.*

*CHRYSOSTOMUS, In Ioannem [hom. 1]: Si autem quis dixerit: cur Patrem dimittens, mox nobis de Filio loquitur? Quoniam ille quidem manifestus omnibus erat, etsi non ut Pater, sed ut Deus, unigenitus autem ignorabatur: ideo decenter eam, quae de isto est, cognitionem confestim initio studuit imponere his qui nesciebant eum; sed neque Patrem in his quae de Filio sunt sermonibus tacuit. Propter hoc autem et Verbum eum vocavit. Quia enim docturus erat quod hoc Verbum unigenitus est Filius Dei; ut non passibilem aestimet quis generationem, praeveniens Verbi nuncupatione, destruit perniciosam suspicionem, esse ex Deo Filium impassibiliter ostendens. Secunda vero ratio est, quia ea quae sunt Patris nobis annunciare debebat. Non simpliciter vero eum Verbum dixit, sed cum articuli adiectione, a reliquis ipsum separans. Consuetudo enim est Scripturae verba vocare leges Dei et praecepta: hoc autem Verbum substantia quaedam est, hypostasis, ens, ex ipso proveniens impassibiliter Patre.*

*BASILIIUS [ut supra]: Quare igitur Verbum? Quia impassibiliter natum est; quia est generantis imago, totum in seipso generantem demonstrans, nihil inde separans, sed in seipso perfectum existens. AUGUSTINUS, De Trin. [15,13]: Sicut enim scientia nostra illi scientiae Dei, sic nostrum verbum quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi Verbo Dei, quod natum est de Patris essentia. Tale est autem, ac si dicerem de Patris scientia, de Patris sapientia; vel, quod est expressius, de Patre scientia, de Patre sapientia. (Ibid. cap. 14). Verbum ergo Dei Patris unigenitus Filius, per omnia Patri similis et aequalis: hoc enim est omnino quod Pater, non tamen Pater: quia iste Filius, ille Pater: ac per hoc novit omnia quae novit Pater; sed ei nosse de Patre est, sicut esse: nosse enim et esse ibi unum est; et ideo Patri, sicut esse non est a Filio, ita nec nosse. Proinde, tamquam seipsum dicens, Pater genuit Verbum sibi aequale per omnia: non enim seipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo quam in seipso. Nostrum autem Verbum interius, quod invenimus esse utcumque illi simile, quantum sit etiam dissimile, non pigeat intueri. (Ibid. cap. 15). Est enim Verbum mentis nostrae quandoque formabile, nondum formatum, quiddam mentis nostrae, quod hac atque hac volubili quadam motione iactamus, cum a nobis nunc id, nunc illud, sicut inventum fuerit vel occurre-*

dentro i confini dei tempi ricevendo dal Creatore l'inizio dell'essere. Ma che cosa dice il Vangelo? Esso chiama lo stesso Figlio Unigenito il Verbo.

**CRISOSTOMO:** Se qualcuno dicesse: perché tralasciando il Padre ci parla subito del Figlio? Perché non come Padre, ma come Dio, egli era già conosciuto da tutti; mentre l'Unigenito era sconosciuto: perciò convenientemente egli si sforza anzitutto di fornire la conoscenza del Figlio a coloro che non lo conoscevano; sebbene quando parla del Figlio non ometta di parlare del Padre. E lo chiamò anche Verbo: poiché egli infatti avrebbe insegnato che questo Verbo unigenito è il Figlio di Dio, affinché nessuno lo consideri il frutto di una generazione passiva, egli ricorda anzitutto il Verbo per eliminare questo pericoloso sospetto mostrando che da Dio il Figlio procede impassibilmente. Il secondo motivo è che egli ci doveva annunciare le cose che riguardano il Padre. Infatti non lo chiama semplicemente Verbo, ma con l'aggiunta dell'articolo, separandolo così da ogni altra cosa. Infatti è una consuetudine della Scrittura chiamare parole le leggi e i comandamenti di Dio: invece questa Parola (*Verbum*) è una certa sostanza, una ipostasi, un ente che procede dal Padre in modo impassibile.

**BASILIO:** Perché dunque Verbo? Perché è nato in modo impassibile, perché è l'immagine del generante, che mostra in se stesso tutto il generante, senza separarne nulla, ma esistendo perfettamente in se stesso. **AGOSTINO:** Infatti, come la nostra scienza è dissimile dalla scienza di Dio, così la nostra parola che nasce dalla nostra scienza è dissimile da quella Parola (*Verbo*) di Dio che è nata dall'essenza del Padre. Infatti è come se dicessimo dalla scienza del Padre, dalla sapienza del Padre; oppure, più correttamente, dal Padre scienza, dal Padre sapienza. Perciò il Verbo è l'unigenito Figlio di Dio Padre, in tutto simile ed eguale al Padre; infatti è tutto ciò che è il Padre ma non è il Padre; perché questi è il Figlio mentre quegli è il Padre: e per questo motivo egli conosce tutto ciò che conosce il Padre; ma il suo conoscere procede dal Padre come il suo essere: infatti in loro il conoscere e l'essere sono la stessa cosa, e perciò, come nel Padre l'essere non è dal Figlio, così neppure il conoscere. Perciò il Padre, come dicendo se stesso, ha generato il Verbo uguale a se stesso in ogni cosa; infatti non avrebbe detto se stesso integralmente e perfettamente se nel Verbo ci fosse qualche cosa di più o di meno di quello che c'è in se stesso. Rispetto alla nostra parola interiore, che troviamo, in qualsiasi modo, essere simile al Verbo, non stanchiamoci di considerare quanto sia diversa. La parola della nostra mente è qualche cosa non ancora formata ma in via di formazione: qualche cosa della nostra mente che gettiamo avanti e indietro con un movimento volu-

*rit, cogitatur; et tunc fit verum Verbum quando illud quod nos diximus volubili motione iactare, ad id quod scimus pervenit, atque inde formatur, eius omnimodam similitudinem capiens; ut quomodo res quaeque scitur, sic etiam cogitetur. Quis non videat quanta sit hic dissimilitudo ab illo Dei Verbo, quod in forma Dei sic est ut non ante fuerit formabile, postea formatum, non aliquando possit esse informe, sed sit forma simplex, et simpliciter aequalis ei de quo est? Quapropter ita dicitur illud Dei Verbum, ut Dei cogitatio non dicatur; ne aliquid esse quasi volubile dicatur in Deo, quod nunc habeat, nunc accipiat formam ut Verbum sit, eamque possit amittere, atque informiter quodammodo volutari. AUGUSTINUS, De verb. Dom. [serm. 38]: Est enim Verbum Dei forma quaedam non formata, sed forma omnium formarum, forma incommutabilis, sine lapsu, sine defectu, sine tempore, sine loco, superans omnia, existens in omnibus fundamentum quoddam, in quo sunt, et fastigium sub quo sunt. BASILIUS [ut supra]: Habet autem et verbum nostrum exterius divini Verbi similitudinem quamdam: nam nostrum verbum totam declarat mentis conceptionem: quae namque mente concepimus, ea Verbo proferimus. Et quidem cor nostrum quasi fons quidam est: verbum vero prolatum quasi quidam rivulus manans ex ipso.*

*CHRYSOSTOMUS, In Ioannem [hom. 1]: Considera etiam in Evangelista prudentiam spiritualementem. Noverat homines id quod antiquius est et quod est ante omnia maxime honorantes et ponentes Deum: propter hoc primum dicit principium: «In principio», inquit, «erat Verbum». ORIGENES, In Ioannem [hom. 1]: Plura autem sunt signata ab hoc nomine principium. Est enim principium, sicut itineris et longitudinis, secundum illud (Prov. 16,5): «Initium boni itineris iustorum exercitium». Est autem principium et generationis, iuxta illud (Iob. 40,14): «Hoc est principium creaturae Domini». Sed etiam Deum non enormiter asseret aliquis omnium principium. Illud etiam ex quo sicut ex praeiacente materia alia fiunt, principium est penes eos qui credunt illam ingentiam. Est enim principium secundum speciem; sicut Christus principium eorum est qui secundum imaginem Dei formati sunt. Est etiam principium disciplinae, secundum illud (Hebr. 5,12): «Cum deberetis esse magistri propter tempus, rursus indigetis ut doceamini quae sunt elementa exordii sermonum Dei». Duplex enim est documenti principium: hoc quidem natura, hoc vero quoad nos; ut si dicatur, initium sapientiae fore natura quidem Christum, in quantum sapientia et Verbum Dei est; quoad nos vero*

bile fino a quando viene pensata questa o quella cosa così come è stata pensata o scoperta; ora, si avrà una parola vera quando ciò che dicevamo sbattuto da un movimento volubile arriva alla conoscenza e si forma, ricevendo la perfetta somiglianza della cosa: e come la cosa viene conosciuta, così viene anche pensata. Così chi non vede la grande diversità che c'è rispetto a quel Verbo di Dio che si trova nella forma di Dio non come se in precedenza fosse qualcosa di formabile e successivamente venisse formato, non come se talvolta avesse potuto essere informe, ma come forma semplice e semplicemente uguale a colui dal quale procede? Perciò si parla del Verbo di Dio in modo tale da non dire nulla del pensiero (*cogitatio*) di Dio, affinché non si dica che in Dio c'è qualche cosa di volubile che ora ha e ora riceve la forma per diventare parola, così che possa perderla e in qualche modo mutarla in modo informe. AGOSTINO: Perciò il Verbo di Dio è una forma non formata ed è la forma di tutte le forme, una forma immutabile, senza cadute, senza difetti, senza luogo, che supera ogni cosa, costituendo il fondamento di tutte le cose e la cima sotto la quale si trovano. BASILIO: Ora, anche la nostra parola ha esteriormente una certa somiglianza con il Verbo divino: infatti la nostra parola manifesta interamente il concetto della nostra mente, poiché ciò che pensiamo con la mente, lo esprimiamo con la parola. E inoltre il nostro cuore è una specie di sorgente; mentre la parola espressa è una specie di rigagnolo che emana da essa.

CRISOSTOMO: Considera inoltre la prudenza spirituale dell'Evangelista. Egli sapeva che gli uomini onorano moltissimo ciò che è più antico, e che onorando ciò che precede ogni cosa, lo concepirono come Dio. Per questo motivo egli ricorda anzitutto l'inizio, dicendo: *In principio era il Verbo*. ORIGENE: Con questo nome "principio" sono indicate molte cose. Infatti c'è il principio di un viaggio o di una lunghezza, secondo i Proverbi 16,5: «Inizio della buona strada è praticare la giustizia». C'è il principio della creazione, secondo Giobbe 40,14: «Esso è il principio delle creature del Signore». Né sarebbe sbagliato affermare che Dio è il principio di tutto. Inoltre ciò da cui le cose vengono fatte come da una materia preesistente è un principio secondo colore che la credono non generata. C'è poi un principio secondo la specie, come il Cristo è principio di coloro che sono formati secondo l'immagine di Dio. C'è anche il principio dell'insegnamento, secondo Ebrei 5,12: «Mentre per il tempo dovrete essere maestri, avete ancora bisogno che vi insegnino i primi elementi della parola di Dio». Infatti ci sono due principi della dottrina: uno secondo natura e l'altro rispetto a noi; come se si dicesse che il principio della sapienza sarebbe secondo natura il Cristo, in quanto è la Sapienza e il Verbo di Dio, mentre rispetto a noi lo è in quanto «il Verbo si è fatto carne» (1,14).

*inquantum «Verbum caro factum est» (1,14). Tot igitur significatis ad praesens nobis de principio occurrentibus, potest accipi illud ex quo quid est agens. Conditor enim Christus est velut principium, secundum quod Sapientia est; ut Verbum in principio, quasi in sapientia sit. Plura enim bona de Salvatore dicuntur. Velut igitur vita in Verbo est, sic Verbum in principio, idest in sapientia erat. Considera vero si possibile est secundum hoc significatum accipere nos principium, prout secundum Sapientiam, et exempla quae in ea sunt, fiunt omnia; vel quia principium Filii Pater est, et principium creaturarum, et omnium entium; per illud «In principio erat Verbum», Verbum Filium intelligas in principio, idest in Patre, dictum fore. AUGUSTINUS, De Trin. [6,2]: Aut «in principio» sic dictum est ac si diceretur: Ante omnia. BASILIUS [ut supra]: Praevideit enim Spiritus sanctus futuros quosdam invidentes gloriae unigeniti, qui praeferrent sophismata ad subversionem auditorum: quia si genitus est, non erat; et antequam genitus esset, non erat. Ne igitur talia garrere praesumant, Spiritus sanctus ait «In principio erat Verbum». HILARIUS, De Trin. [l. 2]: Transeunt tempora, transeunt saecula, tolluntur aetates: pone aliquid quod voles tuae opinionis principium: non tenes tempore: erat enim unde tractatur. CHRYSOSTOMUS, In Ioannem [hom. 1]: Sicut autem quis cum stat in navi secus littus, videt civitates et portus, cum vero eum aliquis in medium pelagi duxerit, a prioribus quidem desistere facit, non tamen alicubi defigit ei oculum, ita Evangelista hic super omnem nos ducens creaturam, suspensum dimittit oculum, non dans suspicere aliquem finem ad superiora: hoc enim «In principio erat» semper et infinite essendi significativum est. AUGUSTINUS, De verb. Dom. [serm. 38]: Sed dicunt: si Filius est, natus est; hoc fatemur. Adiungunt deinde: Si natus est Patri Filius, erat Pater antequam ei Filius nasceretur; hoc respuit fides. Ergo ait: Rationem mihi redde quomodo et Filius nasci potuit Patri, ut coaevus esset ei a quo natus est. Post patrem enim nascitur filius, utique patri morituro successurus. Similitudines adhibent de creaturis; et nobis laborandum est ut et nos inveniamus similitudines earum rerum quas astruimus. Sed quomodo possumus in creatura invenire coaeternum, quando in creatura nil invenimus aeternum? Sed si possunt inveniri haec duo coaeva, generans et generatum, ibi intelligimus coaeterna. Ipsa quidem sapientia dicta est in Scripturis candor lucis aeternae, dicta est imago Patris. Hinc capiamus similitudinem, ut inveniamus coaeva, ex quibus intelligamus coaeterna. Nemo autem dubitat, quod splendor de igne*

Ora, essendoci tutti questi significati della parola “principio”, noi possiamo prenderlo come “il principio per mezzo del quale una cosa è la causa efficiente”. Infatti il Cristo è Creatore come principio in quanto è la Sapienza; così il Verbo è nel principio, cioè nella Sapienza. Infatti molte sono le perfezioni che si dicono del Salvatore. Come infatti la vita si trova nel Verbo, così il Verbo si trovava nel principio, ossia nella Sapienza. Perciò considera se è possibile intendere il Principio secondo questo significato, come se indicasse che tutte le cose sono state fatte secondo la Sapienza e i modelli contenuti in essa; oppure, poiché il principio del Figlio è il Padre, che è il principio di tutte le creature e di tutti gli enti, con l’espressione *In principio era il Verbo*, intendi che il Figlio, il Verbo, era nel principio, cioè nel Padre. AGOSTINO: Oppure *In principio* viene detto come se si dicesse: Prima di tutto. BASILIO: Lo Spirito Santo prevede che sarebbero sorti uomini i quali avrebbero invidiato la gloria dell’Unigenito e avrebbero sovvertito i loro ascoltatori con sofismi: come se, essendo stato generato, prima non fosse esistito, e prima di essere stato generato non fosse stato. E affinché nessuno presuma di strillare cose del genere, lo Spirito Santo dice: *In principio era il Verbo*. ILARIO: Passano i tempi, passano i secoli, poni qualsiasi principio che tu vuoi secondo il tuo parere, colui del quale si tratta era già, poiché non è legato al tempo. CRISOSTOMO: Ora, come quando qualcuno si trova su una nave vicino alla spiaggia vede le città e il porto, mentre quando viene condotto in mezzo al mare queste cose spariscono e non ci resta nulla su cui fissare lo sguardo, così l’Evangelista, qui conducendoci oltre tutte le creature, lascia il nostro sguardo sospeso, non consentendogli di vedere il confine più in alto; infatti l’espressione *In principio era* indica un essere eterno e infinito. AGOSTINO: Ma alcuni dicono: se è Figlio, è nato, e questo lo confessiamo anche noi. Ma essi aggiungono: se dal Padre è nato il Figlio, esisteva il Padre prima che il Figlio nascesse; ma questo viene respinto dalla fede. Perciò dice: spiegami in che modo è potuto nascere il Figlio dal Padre ed essere coevo con colui dal quale è nato. Infatti il figlio nasce dopo il padre, a cui succede dopo la sua morte. Essi portano delle analogie dalle creature; e anche noi dobbiamo sforzarci di trovare delle analogie delle verità che affermiamo. Ma in che modo possiamo trovare nella creatura qualche cosa di coeterno, quando nella creatura non esiste nulla di eterno? Se però si possono trovare due realtà coeve, il generante e il generato, è possibile formarsi la nozione di coeterni. Indubbiamente la Sapienza viene detta nelle Scritture candore della luce eterna, immagine del Padre. Da ciò ricaviamo una analogia per trovare realtà coeve, da cui possiamo intendere realtà coeterne. Infatti nessuno dubita che lo splendore proceda dal fuoco. Perciò noi ammettiamo che il fuoco è il padre di

*exit. Ponamus ergo ignem patrem illius splendoris: mox quidem ut lucernam accendo, simul cum igne et splendor existit. Da mihi hic ignem sine splendore, et credo tibi Patrem sine Filio fuisse. Imago existit de speculo, hominis intuentis speculum; existit imago mox ut aspector extiterit: sed ille qui inspicit erat antequam accederet ad speculum. Ponamus ergo aliquid natum super aquam, ut virgultum, aut herbam: nonne cum imagine sua nascitur? Si ergo semper esset virgultum, semper esset et imago de virgulto. Quod autem de alio est, utique natum est. Potest ergo semper esse generans, et semper cum illo quod de eo natum est. Sed dicet aliquis: ecce intellexi aeternum Patrem, coaeternum Filium; tamen sicut effusum splendorem minus igne lucentem, aut sicut effusam imaginem minus quam virgultum existentem dicimus. Non, sed aequalitas omnimoda est. Non credo, ait, quia non invenisti similitudinem. Fortassis autem invenimus in creatura quomodo intelligamus Filium et coaeternum Patri, et nequaquam minorem; sed non illud possumus invenire in uno genere similitudinum. Iungamus ergo ambo genera: unum unde ipsi dant similitudines, et alterum unde nos dedimus. Dederunt enim illi similitudinem ex his quae praeceduntur tempore ab his a quibus nascuntur, sicut homo de homine; sed tamen homo et homo sunt eiusdem substantiae. Laudamus ergo in ista nativitate aequalitatem naturae: deest aequalitas temporis. In illo autem genere similitudinum quod nos dedimus de splendore ignis et de imagine virgulti, aequalitatem naturae non invenis, invenis coaevitatem. Totum ergo ibi quod hic ex partibus singulis et rebus singulis invenitur; et non hoc solum quod in creaturis, totum invenio ibi sed tamquam in creatore. EX GESTIS CONC. EPHES.: Propterea alicubi quidem Filium appellat Patris, alicubi autem Verbum nominat, alicubi autem splendorem vocat Scriptura divina; singula horum nominum de ipso dicens, ut intelligas ea quae de Christo dicuntur, esse contra blasphemiam: quia enim tuus Filius eiusdem tibi naturae fit, volens sermo ostendere unam substantiam Patris et Filii, dicit Filium Patris, qui ex eo natus est unigenitus. Deinde quoniam nativitas et Filius apud nos ostentationem praebent passionis; ideo hunc Filium appellat et Verbum, impassibilitatem nativitatis eius nomine isto demonstrans. Sed quoniam Pater quispiam factus ut homo, indubitanter senior Filio suo demonstratur; ne hoc ipsum etiam de divina natura putares, splendorem vocat unigenitum Patris: splendor enim nascitur quidem ex sole, non autem intelligitur sole posterior. Coexistere ergo*

